

DELICIARUM
EPISTOLICARUM
FESTIVALIUM

Exercitatio vigesima

PRÆSIDE

CHRISTIANO GUEINZIO

Rectore Gymnasii Hallensis

Respondente

GOTTFRIDO Philips

Derneburgo Saxone,

IN

FESTO MICHAELIS

CID. DC. XLIV.

HALLIS-SAXONUM

Typis Christophori Salfeldi.

DECIANUM
EPISTOLICARUM

FESTIVITATUM

EXCERPTA

DE

CHRISTIANO GUBINZIO

RECTORIS GYMNASII HANNOVERENSIS

RESPONDENS

GOTTFRIDO BRUNNO

DE OBITU S. ANTONII

1711

FESTO MICHAELIS

CIO. DC. LXXI.

HANNOVERIAE

IN AEDIBUS CHRISTOPHORI ZAPPENHOFII



EPISTOLÆ

In

FESTO MICHAELIS

ANALYSIS

Apocalyp: 12. à v. 7. usq; ad 12.

THESIS I.

Uti tota nostra vita militia est, quemadmodum Jobus 7, 1. testatur: Ita etiam inter Christum & Belialem pugna fuit ab initio, duratura quamdiu uterq; uti testatur Luc. 11, 14. Sed felicior tamen, quæ Christi est, ut qui vicit non tantum mundum, verum etiam Diabolum, quem unâ triumphavit, & etiamnum triumphat. Et propterea ipsi illudic ex Osee 13, 14. in 1. Cor: 15, 55. Unâ cum ipso vicidem Angeli.

2. Et de eâ victoriâ & triumpho habetur in Epistolâ ex Apocalypsi 12. à v. 7. usq; ad 12. In

A 2

quâ

quã partim de personarum pugna, continens
concertationem v. 7. In quo tum in ge-
nere materia, quod factum praelium, per
quod non tam corporale & externum, uti
Lyra lirat, & de Heracio & Cosroe explicat,
nec de Constantino magno, uti Brichtmannus
arbitratur, quum triumphus aliter arguat, &
epinicion ex v. 10, quam spirituale & internum
proprie intelligendum.

3. Allegoricè quidem de Ecclesia & membris
Christi intelligendum est, siquidem perpetua fuit
pugna, usi etiamnum est inter Christianos &
Diabulos.

4. De lapsu verò Angelorum, uti quodammo-
do accommodari potest, ita tamen proprie ne-
quaquam potest explicari: quia alias prepositus
fuisse Draco, ut qui bellum inchoavit, & per-
turbavit pacem. Hic autem Michaël seu Christus
prepositus: qui nunc non venit pacem, sed gla-
dium mittere Matth. 9, 34. Neq; quemadmo-
dum Ribera voluit de certamine inter Anti-
christum & sanctos sub extremi mundi quadri-
ennium futuro agitur. i. quia Draco in terram
projectus & mulier in terram profugit; quia
2. per mille annos alligatus. Nec anticipatio
hic excusat, cum ordo non admittat eandem.

5. Et circumstantia quoad quantitatem

re-

respectu modi, quod fuerit magnum, quia
magni belli duces Michaël & Belial, magne vi-
res, Angeli utriusque magni, magna temporis peri-
odum, & magnus prestantium Zelus.

6. Respectu Loci quod factum sit in cælo,
non quidem beatorum, cum sit pacis, non belli
locus; sed in regno celorum, hoc est in Ecclesiâ
ex Matth. 18, 20. que habet cogitationes suas
in cælo Phil. 3, 20 Col. 3, 1.

7. In specie tum de amicis: ubi persona,
Et Dux Michaël, per quem Christum intelligi
concluditur, tum ex notatione & ex appella-
tione, quia Angelus magni fœderis Mal. 3, 1.
magni consilii Esaie 9, 6. Est enim Michaël
secundum vocem idem quod (quis sicut DEUS?)
At quis talis? nisi Christus unigenitus Dei Filius
per prædictionem ex Dan: 12, 1. dum dicitur Prin-
ceps magnus. Et quamvis Nicolaus Collado
in Methodo Apocalyp. P. 50. de Archân-
gelo explicet, tamen non tantum ad appellatio-
nem, sed et ad descriptionem attendendum est;
siquidem vocatur unus ex principibus, quod & e-
piniçion ostendit, dum dicitur, facta salus &
regnum Dei nostri & potestas Christi ejus v. 10.
Nec excluditur tamen etiam Archangelus, cum
& ceteri Angeli unâ fuerint & pugnarint,

8. Et socii Angeli ejus, qui sunt partim

proprie tales, ut qui ministri ex Ps: 91, 11.
ex Ebr: 1, 13 partim etiam tropice Apostoli
& alii electi fideles sub duce Christo perpetuo
stantes in acie, qui vicerunt, propter sanguinem
agni & propter verbum testimonii, quiq; non
dilexerunt animas suas usq; ad mortem v. 11.

9. Et facta, conjunctim quod præliatum,
nempè uti Christus patiendo, & satisfaciendo
ex Job: 12, 31. ut Angeli partim defendendo
Ps: 34, 8. cum sint fortes ex Ps: 103, 20. cu
stodiendo ex Ps: 91, 11. Et hac causa est,
quod in formâ castrorum benè instructorum
Angeli apparuerint Jacobo Gen: 32, 1. Eliseo
Prophete 2. Reg 6, 16. quia nostri satellites ex
Ps: 34, 8. partim Doctores fideles docendo Ps:
10, 2. defendendo & sanguinem fundendo, un-
de verbum Dei gladius dicitur Eph 6, 17.

10. Distinctum ratione objecti quod præ-
liatum cum Dracone illo, per quem intel-
ligitur pars adversa nempè Draco, qui talis
dicitur, cum, uti recenset Hugo Cardinalis in
Ps: 73. ceu Draco:

Sibilar ignivomens, Erebi, Babylonis, arenæ
Et maris incubitor, cristatus, edax, volat
ingens (vigil astu

Os breve, cauda ligans elephantum, per-

Aspiciens, pugnans, sensus petit, est capio-
sus. Scili-

Scilicet Sibilat *suggendo*, ignivomens *sevi-*
endo, Erebi habitator homines circumveniendo
Babylonis mundum corumpendo, arenæ opera
infructuosa immittendo, maris tentationes in-
ferendo, cristatus arma jactando, edax admi-
randa ingerendo, volat celeriter pessimas co-
gitationes injiciendo, ingens potentiam exer-
cendo, os breve mendacia evomendo, cauda
ligans homines castos invadendo, pervigil cir-
cumveundo astu nequiter persuadendo, aspici-
endo mores attendendo, pugnans bella fo-
vendo, sensus petit oculos & aures operiendo,
capitosus omnibus prescribendo.

11. Tum de inimicis, ubi distinctim per-
sona, Draco qui denuo nominatus, quò ejus
iraculentia ostendatur. Ideoq; ut clarius singu-
la, quare ita appelletur, notentur, dicitur ta-
lis 1. ob sibilum, & flatum contagiosum, dum pec-
catum insusurrat Jac: 1, 15. uti de Dracone testa-
tur Ælianus lib 15. cap. 11. Inde & nocturnus
timor, & ubi Daemon Nicet. in orat. Nazianz
de baptis. Rabbi Salomon dicit nomina Dæ-
monum esse pestes. 2. ob morsum, dum necat:
ita Diaboli morsus mortem attulit Sap. 2, 24.
morsus pomi peperit morsum lethi. Ob locum
3. dum in calenti regione degit Bustamantinus
de reptilibus scripturæ lib. 4. c. 1. Et ita.

Diabolus in infernali igne: Ob venenum 4. quia
ut Draco expuit & occidit omnia; Sic Dia-
bolus peccati venenum infudit Rom: 5, 19. Ob
affectum 5. dum pueros amat ex Plinio lib.
10. c. 74. ita Diabolus omnes quidem sedatur,
plus tamen juvenes, quam senes 2. Reg. 2, 10.
Ob damni 6. Studium: callidius enim tractato
unde & Δράκων ἀπὸ τῆς δέρας i.e. acutè cerne-
re, dum excacat elephantes, dum facile capi-
nequit. Plin. 1. 8. c. 11. Ita Diabolus homines
necat, hominibus nocet; & in omnes occasiones
intentus est ut perdat. Ob somnum 7. rarum,
Draco vigilat Natalis Comes lib. 7. Mythol.
c. 7. etiam Diabolus invigilat & noctu obam-
bulat in 1. Pet. 5, 8. Ob ventriculum deniq; 8.
dum vel boves deglutit vulgus 1. 1 c. 6. E-
tiam talis Diabolus. 9. Ob satellitium, dum al-
ios serpentes secum habet, ita Diabolus, dum
nullum genus impurorum affectuum, quod non
ab ipso, Damasc: lib. 1. c. 9. quot atomi, tot
Diaboli.

12. Et facta, quod pugnârit, uti perpetuo
adversus Christum; ita etiamnum per sedu-
ctionem, per malorum consiliorum & operum
suggestionem, dum Zizania spargit Matth 13,
27. dum Respubl. turbat; quemadmodum in-

cita-

citatur David 1. Paral. 22, 1. dum corpora hominum infirmat Luc. 11, 14.

13. Coniunctim quod & Angeli eius, qui sunt & Heretici perversi & omnes impii: talis enim perpetua est pugna inter pios & impios, inter Christum & Diabolum per persecuciones.

14. Partim de praelii sequelâ seu de victoria adeptione, quæ fuit partim negativè ignominiosa respectu Diaboli propter loci amissionem v. 8. In quo eventus ratione praelii, quod non prævaluerint. Quamvis enim potentes, non tamen omnipotentes, uti patet ex Jobi Historiâ, ubi cogitur licentiam petere nocendi c. 1, 11. Neq; sine permissione porcos invadere audent Matth. 8, 31. Unde Tertull. in lib. de fugâ: nihil Satana in servos Dei licebit, nisi permiserit Dominus. Et Gregorius in Jobum lib. 14. c. 18. Dum fortior ille, qui domum eius occupat & spolia dividit Luc. 11, 21. dum potestatem ipsi ademittit Eb. 2, 14.

15. Et respectu Loci, quod non invenitur locus eorum amplius in cælo. Hoc est in Ecclesiâ, in quâ nihil potest Diabolus Rom. 9, 38. Neq; impii, dum non consistunt in iudicio Ps. 1, 7. Ejectus enim est foras Job. 12, 31. potestatem nullam habet, dum iudicatus Job. 16, 11. Quod etiam Christus innuit Luc.

10, 15. Inde est consolatio Diabolum prevalere non posse, dum nihil condemnationis in iis, qui sunt in Christo Jesu. Nec occuparunt ipsi Diaboli, nec impii illum locum, in quo antea Ps. 36, 10. Dan: 2, 35. Nam quemadmodum mali angeli de caelo pulsi, sic postea mundi possessione privati sunt, & causa ceciderunt, successive tamen.

16. Et propter e coelis ejectionem v. 9. In quo absolute actus, quod sit projectus, ut descriptio victoria declaratur. & confusio Satanae denotetur, dum Evangelii predicatio evidenter ostendit falsa idolorum simulacra mundi ejecta cum Diabolo Job. 12, 31. Et quidem de jure dum Christus Demonem vicit; & de facto, quia possessionem amisit uti Cyrill. lib. 10. in Joh. c. 40. & Nazianzenus Orat: de calum. anim. interpretantur.

17. Tum titulus, qui desumptus a qualitate & quod sit Draco propter locorum aviorum frequentationem, ille magnus. Et magnus quidem dicitur dum magnum praelium, dum potens. Uti enim naturalis Draco magnus, ita ipse eminentissimus fuit Angelorum secundum Tertull. l. 2. contra Marcionem.

18. Et quod serpens antiquus; qui talis dicitur ex Gen. 3, 1. propter astutiam, qua simul

mal. & primos parentes seduxit antiquus ille
impostor, ut vocatur à Cypriano de exhor-
tatione martyrum in proœmio, quem & Pau-
lus ita appellat 2. Cor: 11, 3. Talisq; dicitur
ob serpentinam formam assumptam Sir: 25, 21.
ob linguam mortiferam Job. 20, 26. Oh moy-
sum Prov. 23, 31. Ob sibilum Sap: 7, 9. Amos

9, 3.
19. Tum titulus desumptus ab Actione re-
spectu appellationis, Et quod Diabolus id
est calumniator & delator 3. Reg: 21, 13. Ps:
108, 6. Sap. 2, 24. Eccles. 21, 30. Heb. 1, 5.
Job. 19, 10. ob calumniarum usurpationem
Job. 8, 44. quia mandatum DEI olim paren-
tibus datum calumniosè pervertit, Deum in vi-
die arguit Gen: 3, 2. dum quotidie adhuc nos
accusat Apoc: 12, 10

20. Et quod Satanas ob rebellionem, non quem-
admodum Justino Martyri videtur quasi
Satan has, quasi hostis serpens, cum serpentis
appellatio non precesserit, sed ab Ebraeo Satan,
quod idem, quod adversarius, uti Paral 21, 1,
usurpatur, & in libro Jobi decies, ac ut apud
Zachariam. Et Christus eâ appellatione usus
Matth. 4, 10. Luc. 10, 18. ut qui ab initio
fuit rebellis Deo & hominibus, tum blasphemis
dijs, tum variis insidijs 1. Pet: 5, 8.

21. Re-

21. Respectu effectationis dum seducit totum terrarum orbem mali introductione; non tantum per falsam doctrinam, sed & vitam impiam 1. Job. 2, 16. ἀπλανάω, quod seduco significat. Ita Herodotus in Melpomene. Matib. 24, 4. 1. Job. 2, 26. Apocal. 13, 15. 1. Tim. 4, 1.

22. Et respectivè, tùm quoad locum quòd projectus sit in terram, quia è caelo ejectus. Hoc est in homines terrena & carnalia sectantes, quae pœna est Diaboli ex Apocal. 10, 3. reperiturq; ut denotaretur certitudo.

23. Et quoad satellitium, quod Angeli ejus cum eo projecti sint, ut qui nihil quoq; habent potestatis in pios, quicquid etiam machinentur & quomodo adversentur, uti testatur vita Christi & historia seculi. In malis autores mali, origines nequitiæ, ut hostes, corruptores seculi hominis semper inimici. Greg. 1. 14. Moral. Pulcher quidem erat archistrategus, sed dum superbiam induit, pulchritudinem perdidit; affectavit terram, amisit caelum.

24. Partim est gloriosa respectu Christi in genere per victoriæ consecutionem v. 10. In quo & gratulatio, cujus forma, quòd audiverit vocem magnam dicentem in caelo.

Ma-

Magna dicitur propter letantium multitudi-
nem & letitia magnitudinem; qua non auditur
in inferno, ubi fletus; sed in caelo, ubi nullus
morus, non tantum caelestis Hierarchæ, sed to-
tius Ecclesie, quâ gloriatur & gratulatur sibi
de victoria.

25. Et materia respectu Dei conjunctim ra-
tione prædicati, summam quod sit facta sa-
lus, id est Victoria, liberatio, defensio Ecclesie,
dum sanguine suo eam sibi comparavit. Quis er-
gò desperaret?

26. Sigillatim quod sit facta virtus, dum
portas inferni fortissime reseravit. Quis ergò
succumberet? omnia possumus in ipso Phil. 4.

25. Et regnum quod omnibus in Christum
credentibus preparavit in gubernatione & con-
servatione Ecclesie per ministerium verbi, &
dum è regno tenebrarum & peccati in lucis &
justitiæ translaci sumus. Quis perpetuum exsi-
lium crederet?

27. Ratione subjecti quod sit Dei nostri,
per quem totam Trinitatem intelligit, ut qui
Pater noster, redemptor noster, & sanctificator
noster.

28. Distinctim ratione prædicati; quod sit fa-
cta potentia, dum mortem, peccatum, Diabo-
lum & infernum triumphavit. Quis ergò formis
daret?

29. Et ratione Subjecti, quod sit Christi
ejus, ut qui declaratus est Filius Dei potenter.
Ergo quia salus crede, quia virtus confide,
quia regnum suscipe, quia potestas respice.

30. Et ratio quoad eventum, quod proje-
ctus est. Ut repetatur beneficium devicti &
condemnati Diaboli: quia etiamnum projicitur
cum Deus vel Tyrannos, vel Hereticos e me-
dio tollit, uti de Maximino refert Eusebius l.
8, 14. De Ario & Nestorio Historia Eccle-
siastica,

31. Et quoad titulum, cujus summa quod
projectus accusator fratrum nostrorum,
quos tamen Filius Dei sanguine suo abluit, &
verâ fide remissis peccatis in filios gratiae adop-
tavit. Dum verò nostri fratres, piorum com-
munitas in criminationibus Satanae intelli-
gitur cum fratribus in terris militantes. Et
preclarum est, quod triumphans Ecclesia nos fra-
tres recognoscat, ut ita verè Ecclesia sit com-
munis omnium sanctorum. Dicitur verò pro-
jectus, sed non prostritus, unde necdum cessat
litem intendere, uti testatur historia Jobi.
Brichtmannus quidem accusationes Historice
interpretatur, sed est sensus secundarius: sedu-
litas potius indefatigata in nostram perniciem
Diaboli inde colligitur.

32. C.

32. Cujus forma, quod accusaverit eos
coram Deo die ac nocte, peccata nimirum
fidelium eorum Deo exaggerat, & ad torquen-
dum illos sibi tradi postulat.

33. In specie propter victoriæ per Christi-
sum impetrationem v. 11. In quo factum,
quod ipsi sc: fratres vicerint, ut agatur & o-
stendatur Ecclesie & membrorum Christi con-
tra Diabolum victoria.

34. Et medium affirmativè tum propter san-
guinem agni. Id est Christi verà fide applica-
tum ex 1. Pet: 1, 19. dum à peccatis emun-
dat 1. Job. 1, 17. Ebr: 9, 14. Ut agno Pa-
schalis sanguine tuti erant Israelite Exod 12,
22. Ita Christi 1. Cor: 5, 9. uti & sanguine
Elephantes animantur in prælium 1. Maccab.
6, 34. Ita Christi sanguine Christiani Job 15, 1.

35. Et propter sermonem testimonii Hoc est
Evangelium, per quod etiam Christus pugnat
& vincit Ps: 110, 2. Es. 2, 3. dum galea Eph.
6, 14. Iest & veritas Job. 27, 17. Ubi rectè
dicitur cum Accusativo propter denotat, non per-
tineti Pareus voluit, quia organica causa utro-
biq; intelligitur. Et testimonium dicitur, quia
Evangelium testatur.

36. Et negativè, quod non dilexerint ani-
mam

nam suam usq; ad mortem. Hoc est vitam
suam non magis quam mortem. Quibus con-
stantia fidei ad martyrium usq; Christi nomine
describitur: absq; qua Draco non est victus.
Non quod omnes vitam profundere, sed quod
omnes ad eam profundendam, Christo sic iu-
bente, pro gloria ejus paratos esse oporteat.
Quomodo enim potest is Christum vere dilige-
re, qui non paratus est pro Christo sanguinem
profundere? Qui Christi causa vitam perdit,
invenit: perdit vero qui Christo eam non im-
pendit. Verbum Salvatoris, verbum testimonii,
verbum Martyrii, uti interpretatur Apostolus
Ebr: 12, 4. Rom. 8, 35. Act: 20, 24.

37. Et propter ad gaudium Spirituale ex-
hortationem v. 12. In quo tum exultatio,
propterea lætamini! nempe quia victus est Dia-
bolus, uti apparet ex antecedentibus. Unde et-
iam particula conclusiva propterea est addita.

38. Tum ejus declaratio, quoad subjectum
quod lætari debeant coeli, ut universaliter o-
mnes intelligantur. Quoad adjunctum, & o-
mnes habitantes in eis. Id est non solum
angeli, sed etiam electi, ut qui redempti sunt
sanguine Christi: in his terris, qui in Eccle-
sia Es: 12, 5. Glorificemus itaq; Deum quia vi-
cix Diabolum. Dispereat ergo, qui letitiam

am.

ampuar, qui gratias agere retardat. Et pro-
pterea hic merito inchoamus, ut tandem cum
is quoq, in eternum terminemus.

N O T Æ.

- I. Factum est prælium) Considera non
tantum ministrare nobis Angelos, sed & preli-
ari pro nobis, ut discas revereri Angelum tu-
um, & ejus consortium non impedire.
- II. Et non vincebat) Considera victum esse
Diabolum, quia pugnavit cum Angelis, ut discas
si velis vincere eundem, esse cum Angelis.
- III. Nunc est salus) Considera Angelos
Deo deferre honorem, ut discas illi soli inservi-
re & eundem solum venerari.

QUÆSTIO PHILOLOGICA ex Evangelio.

- I. An in hoc textu de infantibus agatur,
an verò de pueris grandioribus?

Beza in Annotationibus ad hunc locum
& parte 2. resp. ad acta Mompelgarden-
sia, uti & Bellarminus l. 1. de Baptis. c. 11.
veritur non infantes hic intelligi, sed pueros
grandiores. Ut qui vocari à Christo & scan-
dalisari ab aliis possint. Verum textus Marc. 9, 36
vocat infantulos, quos amplexatus est Christus
2. In Evangelio nostro vocantur parvuli 3. A-
liunde constat de lactantibus Ps. 8, 3. Luc. 18, 15.

vocantur. Spéſſ. unde facile colligitur de mi-
noribus potius, quàm de grandioribus esse in-
telligendum. Quales sunt qui modo nati Eustath.
& qui nascendi Diol. l. 5. c. 74. Luc. 1, 44. &
Embryo Hom. Iliad. §.

II. An omne scandalum acceptum exceptio-
nem mereatur?

Ita quidem vulgò docetur & statuitur, scan-
dalum datum esse improbandum. Sed si accu-
ratius nostrum Evangelium examinetur, non o-
mne scandalum acceptum, à damabili reatu pec-
cati liberum esse reperitur: quia 1. aliàs non
dixisset Christus: beatus, qui non scandalisatur
in me Matth. 11, 16. Et 2. si acceptum scandalo-
rum promanat ex affectata ignorantia vel mali-
tia, aequè est culpabile.

AD RESPONDENTEM.

Nunquam bella pijs, nunquam certamina
desunt

Pacificis. pugnat cum Michaële Draco.

Pugnat: at infelix cœlo detrusus, is orbem.

Seducit totum seps vetus, ille Satan.

Et quia dejectus cœlis, Epinicion audi:

Facta salus Christo! Gloria facta Deo!

Delator deturbatus. Quid ringitur ergo?

Ecquid & accusat nocte dieq; pios?

Vlt.

Victus humi jaceret ut qui sanguine victus & agni
Ac Evangelii cœlitæ victus ope.

Victores animas nec dilexisse, sed usq;
Ad mortem fortes usq; steterisse paver.

Propterea cœli letantur, orantq; triumphos
Tantos in cœlis incola quisq; canit.

Johannes testis, GOTOFREDUS & ipse PHILIPPI

Testis, Epistolicas publicat inde theses.

Perge! Dei pacem, GOTOFREDE PHILIPPE
PE caballi

Namq; triumphales, teq; per omne vebent.

Gueinzius.

P laude manus, prolesq; poli contermina seris
Comere verniferis aeterna palatia gaude!

Ecce serenatam triplici diademate frontem

Incingit læto, Michaëlide, Gloria vultu:

Victaq; styx superas non indignatur habenas.

Quà niveis Cælos Victoria concolor alis

Exscendit rutilos, & lauripotentibus armis

Orcus adoratos aris imponit honores.

Ipsæ sed Orantum, pacis prætendere ramum

Dum gestit vates: Scripto testatur aperte

Dadala regna domus, & jussa tremenda To-

Asportans, tollit primæ libamina Fame. (nantis

Qualis odoratis conscendit Victor ab Indis

Et sacra thura Deo spargens, petit æthera curru.

*Accipe te dignum, quem caesa pro pago pyropo
Egregium, tales non aspernata triumphos,
Secernit populi felix enigmatice. Quippe
His animis laurum, Fatum Votumq, laborant.*

CASPAR ALEXANDRI.

Ἴπποιοι ἀθλοφόροι τίοντο ὀπλάγῃς
χρυσίνοισι, μαλακῶσι τε δερμάτεσσιν,
Τηβέννω δὲ Νέρων ἐκόσμη αὐτῶν,
καὶ σιτηρεσίῳ τέφρασε λαμπρῶν
ἐν γύρω λογικῶ ΦΙΛΙΠΠΕ ἀθλα
νίκης καμμονίης φέρεις κράτισσα,
χρυσέαν σοφίης λαβῶν καλύπτραν,
καὶ σιτηρέσιον κλέος μεγίστη.

DAV. LINDNERUS.

Illis Romulidae sive vère obferre triumphi
qui quinquies fudère, pompam, millia.
Daphnes Hos patula, aut auri cinxere coronis,
Curru rotundo eburneo eum splendide
in Capitolinam deductis insimul arcem
dedere niceterion palmarium:
Splendidus vero summus Mirmillo Michael
ac Ecclicus triumphat ob nicea pales
fortiter Andabatian in qua Cacodamona stravit.
Quot jam typis noſter PHILIPPI publicis
promit Amyntades erit IS sophieq, triumphum
in Mysticâ ducer, philos vivens Sacrum.
Arn: Mengeringius.

Instandsetzungsschein

ersten und letzten Lagen des Buchblocks
den in siedenden Bädern gereinigt und ge-
tigt. Mürbe und zerissene Teile des Papiers
den ausgebessert.

Bucheinband wurde originalgetreu wieder
gestellt.

ULB Halle

006 386 679





3

Gabriele Grauer

Halle, den 8.10.1970

Th. 4968





B.I.G.

Farbkarte #13

20

...ICIARUM
 ...OLICARUM
 ...TIVALIUM
 ...atio vigesima
 ...ÆSIDE
 ...ANO GUEINZIO
 ...Gymnasii Hallensis
 ...spondente
 ...RIDO Philips
 ...burgo Saxone,
 In
 ...MICHAELIS
 ...DC. XLIV.
 ...LIS-SAXONUM
 ...ristophori Salfeldi.